



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

4⁰ 2611.3567

VI

PRO

4° 3567 (2)

6

**CLARISSIMO VIRO
VLRICO MARBACHIO
DE
MERITIS HONORIBVS**

**GRATVLATVR
ET
PROVIDENTIAM DIVINAM
QUIETEM IN TVRBIS**

EX NVMMIS

DEMONSTRAT

BVRCARD GOTTHELFF STRUVE.

JENA, TYPIS MULLERIANIS.

40364.3567

VI

PRO

4° 211.3567 (21)

6

**CLARISSIMO VIRO
VLRICO MARBACHIO
DE
MERITIS HONORIBVS**

**GRATVLATVR
ET
PROVIDENTIAM DIVINAM
QUIETEM IN TVRBIS**

EX NVMMIS

DEMONSTRAT

BVRCARD GOTTHELFF STRUVE.

IENÆ, TYPIS MULLERIANIS.

40061.3567

VI

PRO

4° 3567 (2)

6

**CLARISSIMO VIRO
VLRICO MARBACHIO
DE
MERITIS HONORIBVS**

**GRATVLATVR
ET
PROVIDENTIAM DIVINAM
QUIETEM IN TVRBIS**

EX NVMMIS

DEMONSTRAT

BVRCARD GOTTHELFF STRUVE.

IENÆ, TYPIS MULLERIANIS.



Gregium est, quod Tibi pertractandum sumisti argumentum de DEO commissis, idemque tale, quod homines potissimum deceperunt Christianos; Haec enim, teste Clemente Alexandrino * secundum traditionem diuinam est philosophia, que constituit & confirmat prouidentiam, qua sublata, videtur fabula seruatoris aeternitatis, tunc enim secundum elementa huius mundi, non secundum Christum feratur. Hanc autem materiam, dum ob varia, quaz me in praesenti circumstantia fata, penitus considero, nihil Christiano homini magis dignum reperio, quam adgnita prouidentia diuina, quidquid est fatorum, DEO committere. Hac mihi vna est norma, consiliorum, hac quies in turbis, quas in praesenti vicissitudine experior, ut elegantem illum Diocletiani nummum, cum inscriptione PROVIDENTIA DEORUM QVIRES AUGG. parum mutatis verbis in me transferam. PROVIDENTIA DIVINA QVIRES IN TURBIS. Dicit eo nos non solum propria conscientia & Scriptura Sacra, atque totidem prouidentia diuina argumenta plane singulare, eademque quotidiana, sed etiam ipsa ethnicorum sapientia, qui, (si vel vnicum excipias Epicurum) in sola prouidentia diuina omnem actionum suarum regulam querebant. Audiamus de eadem Senecam ** loquentem:

non

* Strom. lib. I. p. 296. ** Ep. XL.

non sunt; inquit, ad cation elevanda manus; nec exorundus editus; ut nos ad aures simulaci, quasi magis exaudiri possumus; admittat. Prope est a se Deus, tecum est; incus est. Ita dico Lucili, sacer intra nos Spiritus sedet, malorum honorumque nostrorum obseruator & custos, hic prout a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. Bonus vir sine Deo nemo est. An potest alius supra fortunam nisi ab illo adiutus exurgere? Ille dat Consilia magnifica, & erecta. In unoquoque virorum bonorum, quis Deus, incertum est, habitat Deus. Egregie haec dicta sunt ab homine stoico, vt de Christiano nil aliud potuisse expectari. Quam vanus etiam esset Cicero, adgnoscere tamen necessum habet, diuina prouidentia omnia regi; dum ait: * esse Deos & eorum prouidentia mundum administrari, eosdemque confidere rebus humanis, nec solum uniuersis, verum etiam singulis. Hinc, non sine ratione Prudentiam inter virtutes diuinas coluerant veteres, ipsi aras erexerunt, eandemque innummatis saepius fuerunt venerati. Demonstravit haud ita pridem V. C. Iustus Christophorus ** Böhmerus peculiari programmate Prudentiam Augustorum ex nummis, sed, dum plures adhuc omisir, liceat mihi spicilegium addere nummorum quorundam ex meo potissimum Cimeliorib[us]. Inter nummos quidem argenteos Traianum possedeo, quem que habet Böhmerus, in cuius altera parte prouidentia conspicitur. habitu matronali hastata, dextraradium tenens, quem ad orbem ante pedes positum extendit, cum verbis ad latus scriptis PROVID. Böhmerus quidem contendit, hoc typo innuere voluisse Imp. vicaram se in his terris curam gerere. Io. Harduinus, *** qui eundem nummum recentet, putat, hoc ipso prouidentiam Traiani in imperio administrando commendari. Verum, dum nummus hicce iussu S. P. Q. R. fuerit cusus, potius

N. L.

X. 2

singu-

* De Datin. lib. I. & al. *** Premiso prelectionibus politici, Helmstedti 1693. 4. *** Historia Augusta p. 293.

singulare quidpiam eodem innui putarem, & nisi me omnia fallunt, in victoriam Parthicam videtur cūsūs fuisse, quam consulatu sexto obtinuit Imp. Traianus, dum eodem Consulatu reperiantur nummi cum inscriptione: *regna adsignata, Rex Partibus datus*, & circa eadē tempora, Parthici agnomen in nummis reperiatur. Traianum sequitur Alexander Seuerus, cuius nummum posideo, cum eodem ectypo & inscriptione PROVIDENTIA AVG. Hanc ipsam, vero prouidentiam in procuranda annona innui, indicat non solum Lampridius, * qui ait: *commeatum populi Romani sic adiuvit, ut quum frumenta Heliogabalus euertisset, vicencia propria pecunia loco suo reponeret, sed etiam aliis eiusdem* nummus æneus, ** in quo reperitur Dea stans cum cornucopiaz, dextra fruges tenens supra *** modium tritici. In alio eiusdem cum simili inscriptione cernitur Modius & Matrona cum spicis in dextra, sinistra vero anchoram teniens. Per anchoram autem frumentum quoque per mare aduectum notatur. Similem Prudentiam Aug. in promouenda annona commendat nummus Commodo, *†* in quo Hercules pede dextro nauis proræ imposito, lœua erecta clatum tenet: stat ex aduerso figura muliebris cum proboscide in capite, dextra spicas, lœua fistrum generens. Ipse enim sub Herculis effigie, prout sepius adparere voluit, proræ insistit, atque eidem Alexandria spicas subministrat, id quod Lampridius *††* explicat, dum ait: *classem Africanam instituit, qua subsidio esset, si forte Alexandrina frumenta ressassent. Ridicule etiam Carthaginem Alexandriam Commodam togatam appellauit, quam classem quoque Africanam Commodoanam Herculeam appellasset.* Eadem ratione commercium in toto imperio per bella interruptum,

Gals

* In vita C. XXI. ** Hunc exhibent Begerus Tbef. Brandemb. p. 718. Harduinus Hisp. Aug. p. 822. Vaillant de numm. an. Impp. p. 105. Oisilius Tbef. Numismatum p. 355. *** Oisilius c. l. *†* C. XVII.

†† In vita Commodi C. XVII.

Gallieni prouidentia restitutum , nummus eiusdem argenteus denotat , in quo Mercurius repræsentatur cum strophio stans & modio , dextra crumenam , sinistra Caduceum tenens , cum inscriptione PROVIDENTIA AUG. Ex nummis æreis possideo nummum in Augusti consecrationem cūsum , cuius aduersa pars cū effigie Augusti habet DIVVS N. III.

AVGVSTVS PATER , auersa aram , ad cuius latera S. C. subscr. PROVIDENT. Harduinus* quidem , qui huncce nummum recenset , putat Augusti prouidentiam inauia , qui successorem reliquerit Tiberium. Verum , dum hic nummus in Augusti consecrationem fuerit cūsus , potius prouidentiam Deorum intelligi putarem , dum alius nummus in ipsius consecrationem cūsus occurrat , cum epigrafe , DIVO AVGVSTO , cuius altera pars aram cū igni ardente atque inscriptione CONSECRATIO , exhibet .

Sequitur nummus æneus quem posideo Maximini , ** in N. IV. cuius altera parte occurrit Dea , sinistra tenens Cornu Copiæ , dextra radium , qua globum ante pedes iacentem indicat , cū inscr. PROVIDENTIA AVG. Similis figura atque inscriptio occurrit in nummo Pupieni , *** atque Gordianorum , *†* patris & filii , nisi quod in hoc Dea cum Cornu Copiæ columnæ innitatur. In nummo argenteo Treboniani Galli & Volusiani stat Dea cū hastâ & globo , inscript. PROVIDENTIA AVGG. Hoc ipso autem non tam prouidentia in re annonaria , quam potius prouidentia Augustorum in regendo Imperio indicatur. Licet nonnunquam nummi occurrant cūm inscriptione Prouidentia Deorum , qui sine dubio indicant , Imperium horum Prouidentia fuisse delatum. Talis est nummus Antonini Fili , *††* in quo fulmen videmus cū alis expressum ; vt designetur ,

Deo-

* Histor. Augst. p. 704. ** Eundem æque recenset Harduinus Histor. Aug. p. 826. *** Harduinus p. 825. *†* Vaillant de numis ant. atque arg. p. 321. *††* Apud Oisellum Tab. LX, n. 11.

Deorum Prouidentia Antonino summum in terris Imperium fuisse concessum. Alludit nummus sine dubio ad omen Antonino de Imperio factum, de quo Julius Capitonius in vita: * & fulgor calo sereno sine noxa in eius domum penit. Sic nummus Pertinacis occurrit, in quo mulier, rotata stans, dextra versus globum eleuata conspicitur, sinistra ad latus admota, cum inscript. PROVID. DEOR. COS. II. Sic in nummo Balbini argenteo ** conspicitur figura muliebris, dextra ramum tenens, pro pedibus globum habens, cum epigraphe PROVIDENTIA DEORVM imperium scilicet designatum. Similis occurrit nummus: Pupieni. Idque ipsum est, quod sequioris etatis imperantes per formula diuina favente clementia & Dei Gratia intelligunt. Eadem ratione ipsorum quoque Augustorum prouidentiam in designandis successoribus nummi praedicant. Huc facit nummus Titi Vespasiani, *** in quo Vespasianus Titum in conlortium Imperii adsumens, illi Orbem terrarum tradit. Talis est nummus Traiani, **** in quo figura togata conspicitur, porrigena globum figuræ paludata, quem hoc modo explicat Vaillantius. Monumen tum adoptionis Traiani a Nerua: hic pacificus, terra globum, hoc est, imperium tradit, unde prouidentia in nummo inscribitur, seu quod Nerua imperio ita prouiderit, ut ei talem successorem daret, seu quod Deorum Prouidentia illum feligerit, teste Plinio, nec iudicium hominum, sed Deorum etiam in Consilium adsumit. In alio nummo Neruæ, ††, †† Senatus sub figura viri togati orbem terrarum, hoc est, Imperium Neruæ tradit. Sequitur nummus æneus Aureliani, in quo figura muliebris occurrit, inter duo signa militaria: adstat sol radiatus cum globo, & inscr. PROVIDEN. DEOR. quo ipso bellum Orientale notatur, quod Solis prouidentia, virtute militum se compoens.

* C. Iff. ** Vaillant p. 316. *** Apud Oisellum p. 353. **** Apud Vaillantium de num. var. Cl. Arg. p. 123. †, †† Apud Oisellum p. 353.

posuisse arbitrabatur. Facit haec doceus Vopiscus, * dum ait: *recepit
igitur Orientis statu. Emissam victor Aurelianum ingressus est, ac
statim ad templum Heliogabali tendit, quasi communis officio vota solu-
turus.* Verum illuc eam formam numinis reperit quam in bello sibi
fauentem vidit. Quare & illic templo fundauit, donariis ingentibus,
positis: & Roma Soli templum posuit maiori honorificentia consecratum.
Ex hoc loco facile patet, explicationem Oiselii, ** quod hoc ipso
designetur, Aurelianum ab Exercitu Imperatorem quidem saluta-
tum, at amen, ut istud fieret; Prudentia Deorum procuratum,
minus valere. Conuenit autem quoque numini Aureliani, Posideo
enim aliutri eiusdem nummum cum sole nudo globum manu te-
nente & captiuum prosternente, Inscr. ORENS AVG. Sic etiam
in alio oceutrit Caput Solis, cum epigrapho SOL DOMINVS IM-
PERI ROMANI. Progredior ad Diocletiani elegantissimum num- N. VI.
nummi æneum quieti possedeo, cuius pars aduersa inscriptionem habet
DN DIOCLETIANO FELICISSIMO SEN AVG pars aduersa Impe-
ratori representat Laurum manu præferentem cum Dea hastata
cum spicis inscr. PROVID DEORVM QVIES AVG. quo ipso sine
dubio Diocletianus innuere voluit, quod prudentia Deorum im-
perio se cum collega suo Maximiano Herculeo abdicauerit. Idem in-
nuere videtur nummus Maximiani, qui quietem eadem figura ex-
hibet, cum inscr. QVIES AVG. Alium nummum possedeo Constanti- N. VII.
ni M. cuius pars aduersa castellum representat cum inscr. PROV.
AVGG. subfcr. PTR. Varias de hoc numero sententias iam protulit N. VIII.
Bohmerius. Oiselinus *** quidem horreum vel Granarium, vel a-
liud quoddam adficium vel Manganum etiam, siue publicum ad-
ficium seruandis instrumentis bellicis destinatum, hoc ipso innu-
spicat. Patinus in Cæsaribus iudicat, adficium hoc denotare curam
Constantini M. in condendis, emuniendisque urbibus. Antonius
Augustinus *** vero ipsam intelligit urbem Byzantinam,
Mediobarbus, Castra Pratoria esse existimat. Verum, num-
mus Treveris est signatus, certum autem est, quod Constanti-
nus M. saepius Augustæ Treworum hæserit. Testantur illud tot
consti-

* Vita Aureliani C. XXV. ** p. 353. *** p. 355. **** Dial. II. Ant.
Rom. p. 25.

constitutiones legesque Codicis Theodosiani, utpote l. i. de annona
& tributis, l. i. de exactiōibus l. i. de aduoc. fisci l. i. de prisul. eorum,
qui in Sacro Pal. & plures aliae * Inamo, testatur hoc Panegyricus
incerti auctoris in Treuirorum vrbe habitus, cum Constantinus
Maxentio dēcipto, in Gallias atque ad Rhenum fuisset reuersus. **
Confirmat hoc Broverus, qui Constantimum Treuiris hyberna
habuisse adserit. Indicat itaque hoc castrum urbem Treuirorum,
quæ hoc ipso multum se Constantino & Licinio debere profitetur.
Idem testatur numimus Constantini Iunioris, cum titulo. FL.IVL.
CONSTANTINVS NOB. C. qui idem castrum repræsentat,
cum inscr. PROVIDENTIAE CAESS. subscr. PTR. Restant
nunc quidam nummi eundem prouidentia typum præferentes, qui
vero non æque typo cum ante recensitis, sed pro Impp. saltim ra
tione differunt. Sed, absint gentilium sacra, parum prodest pru
dentia, *** in rebus ambiguis sola nos regat diuina prouidentia.
Idem mecum sentis, Vir Consultissime, qui Deum quoque in rebus
ambiguis, quæ Tibi sèpius obuenerunt, Ducem elegisti, Comi
tem Prudentiam, vt demonstres, plus in Deo quam in viribus
esse reponendum. ** Hæc igitur stella Magorum, quæ oberrantes
nos in viam reducit, hæc fata nostra diriget, hæc norma Consilio
rum. Deo igitur nos committamus, eundemque pura mente col
lamus. *Animaduerto enim*, inquit Plinius Secundus, *† Deos ipsos
non tam accuratis adorantium precibus, quam innocentia & sanctitate
letari: gratioremque existimari qui delubris eorum puram castamque
mentem, quam qui meditatum carmen intulerit. Hoc est, quod
animo voluas continuo, spem certam capiens, tunc Tibi omnia
feliciter euentura, Commune Spei criterium est Lilium, quod ele
gantissimus æque, atque inter argenteos omnium rarissimus num
mus Pescennii Nigri indicat. Versamur nunc inter lilia, quæ candore
suo atque odore omnium animos oculosque occupant. Fxit su
premium Numen, ut innocentia candorem atque boni euentus
odorem post Te reliquas. Vale Scribebam Jenæ
Nonis Julii cl. Icc XII.

* Plures recenset Jacobus Gothofredus in Topogr. p. 425. ** Zofimus
lib. II. c. XVIII. Ann. Treuir. lib. III. p. 210. *** Denum, aar. Sarg.
p. 238. *** Verba sunt Justini XXIV. C. VIII. *‡ Panegyrico C. III.



